

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Bibliotheca Smithiana, Seu Catalogus Librorum D. Josephi
Smithii Angli Per Cognomina Authorum Dispositus**

Pasquali, Giovanni Battista

Venetiis, 1755

Joannes[i] Salandus

urn:nbn:de:gbv:45:1-844

JOANNES [I] SALANDUS

D. Demetrio Chalcondylo.

MAiestas, decus, & nitor vetustus,
 Argoi cloquii perire visus,
 Et torpere gravi prius veterno,
 Sermo cecropius: Sophosque achæum,
 Nostra cognitione iam remotum
 Propter barbaricam parum ferendam
 A censoribus utriusque linguæ,
 Quum frustra appeteretur in poetis,
 Gressu liberiore concitatis,
 Et campo uberiore devagatis,
 Quumque omnis quereretur ordo
 phœbi,
 Esse interpetre nunc opus perito
 Et musæ argolica locum rogarent
 In terris Latii feracis, atque
 Scirent Hesperia sinum beatum,
 Demetri auspiciis bonis in oras,
 Venisti has Italas polumque nostrum
 Græca ut pallade tunc parum vigente
 Posses erigere, & iuvare tristes,
 Mœstas pierides favore nullo
 Graii nectaris, aut decore cultas,
 Qui præter reliquos tuos honores
 Et præconia multa quæ mereris
 Longis usibus, arte, vel lepore

Nobis Attica scripta quo resolvis
 Tanta cum gravitate, cum tenore
 Constanti, ut videaris ore fari
 Quo prius cecinere qui hæc dederunt
 Sudamen multiplici vocabulorum,
 Et rerum serie gravem, frequentem
 Lethæis in aquis latere suctum,
 A nostris manibus male evolutum,
 Auras in superas redire cogis,
 Accedente meo simul sodali, (do,
 Charo compatre tempus omne aman-
 Non stulta ratione, sed perita
 Motta cum Maria meo Iohanne,
 Sed præstante operam manumque &
 artem
 Inter calcographos locum tenente
 Primum nunc Benedicto in orbe nostro
 Assumpto in socium suo Iohanne
 Per quos historias vocabulique
 Si quid quæsieras & aucuparis
 Hoc Suda duce non potest latere
 Sic nostra in regione qui tenebat
 Vix tecum breve seu larem pusillum
 Iam regnat dicione fretus ampla
 Lector candide iam valere iusse.

IDEM AD LECTOREM.

QUI plenis monumenta soles haurire labellis,
 Attica qui græcis fontibus orsa trahis,
 Huic Sudæ insudes largo qui ut copia cornu
 Fundit opes animi pabula magna tui,
 Motta tibi Antoni: Maria en tibi amice Ioannes,
 Debebit graiæ pallados auctus honor
 Tantum opus aggressus, per quos Demetrius edit,
 Castigatque operi quæ minus apta putat,
 Quod superest lector pretio haud absterrite magno,
 Magnum opus illud emas, maxima messis inest.

[1] Chalcondylis discipulus.

